

5

XII.

INCIPIT

DE DOCTORVM INDAGINE.

Omnes artem secuti negant adverbii praepositionem
addi oportere; sed auctoritas veterum praeponi iubet.

10 DESVBITO. Titinius Prilia (80):

séd te amabo: quíd desubito tám repente ad mé venisti?

Ennius Pancratiaste (3):

cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

Afranius Emancipato (100):

15 quám beatæ scénicae
míhi videntur múlieres, quæ iúrgio et benivoléntia
térrant desubitó viros!

Caecilius Asoto (9):

nam ego duábus vigiliís transactis dúco desubitó domum.

20 Quadrigarius Annali lib. II (38): 'his desubito utris-
que nuntiatur ipsorum copias adesse'. — Novius
Triperitita (89):

postquam se vidit heredem, desubito divortium
fecerunt.

516. 28—13 Ab.—mul.; 19—21 Caec. nam—adesse.

6 INC. om. *DA* || 11 sede am. *LA^ABA^ACA^A*: om. *DA*: corr.
Ribb.: sed am. *ed. princ.*: ede, am. *Mu.* || 15 o quám *Ribb.* (*iamb.*
octon.) || scentee *LC^A* || 16 vid. mihi: corr. *Brugman.* p. 19 ||
16—17 quæ iúr. torquént v. desúb. et ben. *Mu.* || 19 ducor
v. d. in *ed. Bas.* || 20 hic *Mu.* || 22 h. sese v. *Munk.*: se v. esse
h. *Ribb.*: sese v. herem *Mu.*

Lucretius lib. II (265):

vim cupidam tam desubito quam mens avet ipsa. 25

Accius Eurysace (366):

tót tropaea tránsdes? summam glóriam evortí sines
tám desubito?

Pomponius Pappo Agricola (102):

vólo scire ex te: cúr urbanas rés desubito déseris? 30

idem Pistore (124):

flet, fit desubito hílarus; tristis saltat; ridens ringitur.

Lucilius Satyrarum lib. X (8):

quamvis desubito trinis deducere scalis.

M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'in his ut 35
meministis, concursu levissimae multitudinis ex aere con-
gesto funus || desubito esset ornatum'. — Naevius 1
Danae (7):

desúbito famam tollunt, siquam sólam videre in via.

DEREPENTE. Turpilius Boethuntibus (3):

eúm dérepénté

uxórem aúdió dúcere. 5

Ennius Phoenice (268):

ibi tum derepente ex alto in áltum despexit mare.

Afranius Incendio (198):

non úsquequaque idóneum inveniás locum,
ubi dérepente, cú velis, faciás lutum. 10

25 Lucr. vim—ipsa; 29—30 Pomp.—deseris; 34 Lucil.
quam.—scal.; 3—10 Der.—lutum.

25 abet (habet) || 27 transde (seq. s) L¹ || evortis (seq. s):
corr. Bentin., mrg. Iun. || 32 flet add. Buc. || 35 V C^A || in
his] nisi Quich. || 36 ex Mu.: et || 36—1 congestu: corr. ed.
a. 1476 || 1—2 cf. 306. 6 (s. v. fama, infamia) || 5 du. ux. au.
Both. (iamb. senar.) || 7 in salsum Mu. || 9 iocum L A⁴ D⁴;
locum B^A C^A ut vid. (locum Bamb., locus Paris. 7666, iocum
Lugd.) || 10 luc

idem in Omine (223):

atque ille derepente in iumentum éxilit.

item (com. pall. inc. 22):

conténdit oculos: derepente abiit † colo.

15 Accius Astyanacte (183):

híc per matutínium lumen tárdo prorepéns gradu
dérépente aspício ex nemore pávidum et properantem égredi.

Novius Macco (44):

scálpis dentes, derepente in scéna si peccáveris.

20 Terentius Hecyra (518):

íta corripuit derepente táctus sese ad filiam.

Pomponius Praecone Posteriore (132):

vís facere ut novérca vetulum derepente déserat?

Ennius Hectoris Lytris (146):

25 écce autem calígo oborta est; ómnem prospectum ábstulit:
dérépente cóntulit sese ín pedes.

Varro Sesqueulixe (466):

. in Théspiadúm choro
dérépente.

30 PICVMNVS et avis est Marti dicata, quam picum vel
picam vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur.
Aemilius Macer in Theogoniae lib. I (1):

et nunc agrestis inter picumnus habetur.

21—23 Ter. ita—des.; 30—31 Pic.—voc.; 33 Aem. Mac.
et—habetur.

13 *item om. (praec. it): add. (?) Mu.* || 14 habit (abit) ||
celox *Lipsius: loco Maehly: colos Roth.* || 16 hinc (?) *Mu.* || pro-
repens *Both.: properantem (cf. v. 17): procedens Usener.* ||
19 scalpes *Both.* || cena *ed. a. 1471: schemam Palmerius* || 21 se
(sed *Hⁱ Montepess.*) || 23 novella (?) *Mu.* || 25 aborta *LA⁴ B⁴* ||
26 in pede *CA: fort. in*

Hyginus: 'est parra Vestae, picus Martis'. — Fabius Pictor Rerum Gestarum lib. I (3): 'et simul videbant 35 picum Martium'. — idem Iuris Pontificii lib. III (6): 'Pilumno et Picumno'. — Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'P. Aelius Paetus cum esset praetor urbanus et sedens in sella curuli ius diceret populo, picus Martius advolavit atque in capite eius adsedit'. || 40

Veterum memorabilis scientia PAVCORVM numerum pro 1 bonis ponebat; MVLTO contra malos appellabant.

Terentius in Eunuchō (1):

si quisquam est, qui placere se studeat bonis quam plurimis.

Accius Tereo (647):

5

video ego te, mulier, more multarum utier,
ut vim contendas tuam ad maiestatem viri.

idem Epinausimache (314):

probis probatus potius quam multis forem!

Lucilius Satyrarum lib. XIV (6):

10

non paucis malle ac sapientibus esse probatum

ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν! (Hom. Od. XI, 491.)

idem lib. XIII (15):

.. unu' modo de multis qui ingeniosust.

35—36 Fab. Pict. et—Mart.; 37—40 Varro—adsedit.

35 Rer. Romanarum *Mu.* || 36 Iuris Pontificii *Bentin.*: lib. I (cf. v. 35) uris pontifex || IIII *C^A* || 37 Picumno *Bentin.*: picum || 38 P. Aelius *Ursin.*: pelius: Aelius *Me.* || 1—2 pre (-ae) b. *C^AB^A*: praeponis *L¹* || 3 se om. *B^A* || 5—7 cf. 259. 7 (s. v. contendere, comparare) || 6 (morem *Paris.* 7666) || 9 probatum: corr. *Lipsius* || fore ea. a. 1480 || 11 acsapientibus *L¹*: ac si sap. *A^AC^A*: ac si a sap. *B^A*: corr. *Dousa pater*: a sap. *Mu.* || fuerat in archetypo acsapientibus || 14 ingeniosust scripsi: ingenio sit *L A^A B^A*: ingeniosa sit *C*

- 15 M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'nec in hac
dissensione suscepi populi causam, sed bonorum'. —
idem de Republica lib. VI (1): 'et vero in dissensione
civili, cum boni plus quam multi valent, expendendos civis,
non numerandos puto'. — Afranius Suspecta (321):
20 nōli ex stultitiā multarum credere esse animū meum.

CENSERE et ARBITRARI veteres cognatione quadam
socia ac similia verba esse voluerunt. Varro Rerum
Humanarum lib. XX: 'quod verbum censeo et arbitror
idem poterat ac valebat'. — Plautus in Rudente (167):
25 non vīdisse undas *mē* maiores cēseo.

idem in Menaechmis (555):

demam hānc coronam atque ābiciam ad laevām manum,
ut, sī sequentur, me hāc abisse cēseant.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'itaque quod
30 hos arbitros instituerunt populi, censores appellarunt:
idem enim valet censere et arbitrari'.

AFFICI malis tantum consuetudo praesumpsit, cum sit
positum et bonis. M. Tullius de Officiis lib. I (149):
1 'sicuti aliquo honore aut imperio || affectos observare et
colere debemus'. — Varro Eumenidibus (121):

corōnam ex auro et gēmmis fulgentēm gerit,
lucē locum afficiens.

5 DECVRIONES et CENTVRIONES a numero, cui in militia
praeerant, dicebantur; ACCENSI, qui his accensebantur, id

21—24 Censere—idem; 29—31 itaque—arbitrari; 5—7
Dec.—adtribuebantur.

16 sed paucorum *Quich.* || 17 de Rep. *secl. (?) Mu.* || enim-
vero *Iun.*: ego vero (?) *Mu.* || 18 bonis *LC^A* || 20 extultitia *AA* ||
21 cognitione *L¹AA* || 22 varro de re rustica: *corr. Popma* ||
23—24 id. et ar. *Mu.* || 25 me *om.* || 28 si *om.* *CA* || ut si quis
(qui) sequatur hac me *codd. Pl.* || 31 idem *ed. a. 1476*: id ||
32 de m. *Mu.* || 33 et de b. *Mu.* || 33—1 cf. 359. 27 || 1 siquo
al. *codd. h. l.* || 2—3 cf. 540. 15 || 3 cor. et ex *AA* || 6 prae-
parant *L¹*.

est adtribuebantur. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'i quidem ascriptivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant 10 ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur'.

LATERES apud quosdam, ut scrobes, cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'nam lateres argentei atque aurei primum conflati atque in aerarium 15 conditi'. — et in alio idem (Sat. Men. 96):

.. later quod cónquadravit régis.

MODESTIA, MODERATIO, MODVS, MODICVM, MEDIOCRE hunc habent ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, basis ipsa virtutis est. e qua gignitur moderatio, quae temperat aurigatque modos, qui ex supra 20 memoratis disciplinis in factis [sunt] et in dictis et ceteris talibus, quae agendi officia sunt, iniunguntur. modicum vero moderatum est; mediocre quod medium. ita saepe positum in magnis auctoribus aucupavimus. Varro Cato vel de liberis educandis (24): 'omnia, inquam, in docendis pueris, quae demta non prohibent virum bonum 25 fieri, mediocria [modica] sunt'.

PROVENTVM etiam malarum rerum dici || veteres voluerunt. Lucilius lib. XXVI (18):

dénique adeo mále me accipiunt décimae et proveniunt male.

5—7 Dec.—adtr.; 10—15 acc.—cond.; 17—20 Mod.—modos; 22—24 modicum—aucupavimus.

8 III (III EP) qui de ascriptivis (-ipt-): corr. Quich.: III; qui qu. as. Mu.: III; quidam as. Reitzenstein ('Verr. Forsch.' p. 31) || 9 quia e. augebant n. Mu. || 11 quid pugnabant L¹: quia p. Mu. || fundis Popma: pugnis || et his D⁴: is vel id est Mu. || qui ferentur C⁴ || 15 (et)—16 secl. Mu. || 15 al loco id. Ald. || 16 cf. 131. 10 || quem codd. h. l. || 19 vasis || 21 facti C⁴ || sunt om. B⁴ || 22 officiant iuntur L¹ C⁴: officia sunt iunguntur A⁴ B⁴: corr. Quich. || 25 verum || modica del. Ries. || 3 deinceps (-ae): corr. ed. princ.

INVERE consuetudo inducere existimat, cum sit proprie
5 maculare vel polluere vel inficere. Accius Armorum Iu-
dicio (151):

intér quos saepe et múlto inbutos sángine.

idem Melanippo (433):

credíti' me amici mórtē inbuturúm manus?

Pacuvius Periboea (299):

10 nám si te regerét pudor
sive ádeo cor sapiéntia inbutúm foret.

M. Tullius de Republica lib. V (11): 'quae cum
Scipio dixisset, admodum probans Mummius (erat enim
odio quodam rhetorum inbutus)'. — Varro *Ἐκαστόμβη*,
περὶ θυσίων (95):

15 at régis ensis sángine inbutús nigro.

Sallustius Catilinae Bello (11, 3): 'ea quasi venenis
malis inbuta corpus animumque virilem effeminat'.

Vergilius lib. VII (554):

quae fors prima dedit, sanguis novus inbuit arma.

M. Tullius in Hortensio (23): 'ut i, qui conbibi
20 purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis
quibusdam, sic litteris talibusque doctrinis ante excoli
animos et ad sapientiam concipiendam inbui et praeparari
debet'. — Varro Agathone (11): 'ideo quod maiores
nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis inbui noluerunt'.

4—8 Inb.—man.; 15—17 Varro at—effeminat.

4 Induere *CA* || ind. vel inficere (cf. v. 5) ex.: corr. *Ries.* ||
6 inbutus *Both.* || 8 crediti *L¹CA*: credite *AA BA* || mortem:
corr. Iun. || manu *CA DA* || 10 tegetet: corr. *Bentin.* || 13 ad-
modum bis *L* || nummius: corr. *ed. princ.* || 14 quodam *duo*
Maii codd. Vatic.: quorum || 15 sensis *CA* || 19—21 (quib.) cf.
386. 13 (s. v. sufficere, ab inficiendo) || 19—20 conbibitur puram
CA: conbibit (comb.) purpuram *rell.* || 21 liberalibusque *Usener*:
aliisque *Mu.* (sed vide *Plasberg. p. 55*) || 22—23 cf. 247.

COMPOTEM bonae rei solum dici existimatur, cum etiam
mala † re positum sit. Accius Clytaemestra (36): 25
cúr me miseram inrídet magnis cónpotem et multis malis?

MIRA et MIRACVLA veteres pro monstris vel horrendis
ponebant. Lucilius Satyrarum lib. I (40):

miracula ciet elephantas.

Plautus in Amphitryone (616): 30
nímia memoras míra. sed vidístin uxorem meam?

Vergilius Georg. lib. IV (441):
omnia conmutat sese in miracula || rerum. 1

DIEM volunt, cum feminino genere dicimus, tempus
significare; masculino diem ipsum. nos contra invenimus.

Turpilius Paedio (158):
quando équidem amorem intércapedine ípse lenivít dies;
id est: ipsum tempus. Pacuvius Duloreste (115): 5
gnatám despondit: núptiis hanc dát diem.

Vergilius Aeneidos lib. II (132):
ergo dies infanda aderat. mihi sacra parari.

VICTOREM altae rei superatorem dici voluit Vergilius
Georgicon lib. II (306): 10

inde secutus
per ramos victor atque alta cacumina regnat.

24 existimat *L A⁴* (?) *C⁴*: existimant (?) *Mu.* || 25 (mala rei *H¹*): malae rei *Mu.*: in mala re *Quich.* || 26 me *A⁴*: meae *L B⁴ C⁴* || malis *Lipsius*: magis || 27 et] et vel *L ex corr. A⁴ C⁴*: vel *L ante corr. B⁴* || 29 ciet elephantas (tel-) *L* (c. et el. *L¹*) *B⁴ C⁴*: ciet elephantas (tel.) *A⁴*: cient e. *Iun.* || 31 vidisti noxorem *C⁴*: vidisti uxorem *vell.* || 32 Georg. om. *L A⁴ C⁴* || 4 q. et quidem *L A⁴ C⁴*: quandoq. *Gulielm. Verisim. II, 23* || linivit *C⁴* || 9 sup.] superatorem rem *A⁴* || 12 perque a. *Verg.*

VER SACRVM quidam dictum putant, ut plerumque, vitabile et execrandum. sed Sisenna religiosum dicit Hist.
 15 lib. IV (99): 'quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos'.

APVT, ad. Lucilius lib. XXX (65):

aut cum iter est aliquo et causam conmenta viai
 aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

20 error consuetudinis aput pro in utitur. itaque vitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, aput aut ad forum fuisse, cum aput iuxta significet. Accius Eurysace (342):

ápuđ ipsum adstas.

Turpilius Leucadia (125):

25 utináđ nunc apud ignem áliquem magnum adsídáđ!

M. Tullius de Republica lib. III (40): 'cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamur, visere solebat; apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat'. — Accius Diomede (277):

30 áđsum apud te, génitor.

Sallustius in Iugurtino Bello (98, 4): 'ceterum apud
 1 aquam Syllam || cum equitibus noctem agitare iubet'.

13—16 Ver—fact.; 20—22 error—sign.; 25—28 Turp. utinam—sedens; 30—2 Acc. ads.—invenimus.

15 vovisses tres *C^AD^A* ut vid. (vovisse se tres *Montepess.*: vovisse tres *Paris. 7665 Oxon.*) || 17 null. lemm. in *L A^A* || 18 at *Gulielm.* || (tum *E¹P*) || 18—19 commentavi (comm.) aut (ut *E¹P*) ap.: corr. *Lipsius* || 19 bito ap. *Mu.*: it ap. *Postgate (Journ. Phil. XXVI, 318)* || 21 fuisse se d. *L B^AC^A* || ad om. *L*: aut ad del. *Ald.* || 23 adistas: corr. *Me.*: adistas *Gerlach.* || 26—29 cf. 68. 12, ubi locus prorsus aliter scriptus est || 1 agitari *C^AD^A*.

|| apud etiam pro in dictum invenimus; ut Terentius in Andria (302):

.. apud forúm modo e Davo aúdivi

M. Tullius de signis (in Verr. II, iv, 48): 'cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano'.

5

PRO et ante significat. Vergilius lib. VIII (653):

stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat.

OPERARI est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare vel convivari. Pomponius Praecone Posteriore (133):

ád Veneris proféctust mane vétulus, votum ut sólveret; 10 ibi nunc operatúst.

Afranius Excerpto (140):

proficíscor. res, tempús, locus, semul ótium hortabátur, utí operata illúm Dianae dégerem sanctúm diem.

idem in eadem (143):

15

iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoveri. sólvo operám Dianae.

Vergilius Georg. lib. I (339):

laetis operatus in herbis.

Lucilius lib. XXX (67):

20

aut operata aliquo in celebri cum aequalibu' fano.

30—2 Acc. ads.—inv.; 4—5 M. Tull. cenam—tyndaritano.

2 (apud)—5 *secl. Mu.* || 3 id dabo aut ibi *C⁴*: id dabo audibo *L¹*: id dabo autibo *B⁴*: id dabo aut dibo *A⁴* || 4—5 (cen.—vill.) *cf.* 278. 22 || 11 operatur *Quich.* (*sed cf. Journ. Phil. XXVI, 315*) || 13 ho. ot. *Quich.* || 14 ut operatam *L B⁴ C⁴*: ut operam *A⁴*: *correx*i: *fort.* ut óperata operam || ille*i* (*adv. loc.*) *Mu.* || *deg.* s. d. Di. *Both.*² || *degerem H³*: *digerem* (*dierem C⁴*) *rell.* || 19 laetus (*le.*) *B⁴* || operatus est in *C⁴* || 21 operat al.: *corr. Gulielm.* || inlecebri *C<*

SEXAGENARIOS PER PONTEM mittendos male diu popularitas intellexit, cum Varro de Vita Populi Romani lib. II honestam causam religiosamque patefecerit: 'cum in
 25 quintum gradum pervenerant atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant'.

STRICTVRAE dictae sunt quae de ferro candenti micant,
 30 cum massa malleis cuditur: unde et incus est appellata.
 1 dictae autem quod aut strictius || emittantur aut quod oculos fulgore perstringant. Vergilius lib. VIII (420):
 stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat.

PROXIMVM dicebant veteres non solum adhaerens et
 5 adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. Vergilius Aen. lib. V (320):

proximus huic, longo sed proximus intervallo,
 insequitur Salius.

ita et Sallustius in situ Ponti (Hist. III, 77) de pro-
 10 munturiis Paphlagonum et quod *Κριον μέτωπον* appellavit posuit.

MEMINI illam rem difficilius dictu putant plurimi.
 Vergilius in Bucolicis (IX, 45):

numeros memini, si verba tenerem.

et (VII, 19):

15 alternos Musae meminisse volebant.

22—3 Sexag.—anhelat.

22 non mit. *Mu.* || 27 proverbio: *corr. ed. a. 1471* || uenisse se ut *L* || 28 id e. de. op. *Mu.* || ferebat *L*¹: -batur(?) *Mu.* || 30 et] etiam *codd. Prisc. I, 270. 1* || 1 (dict.)—2 (perstr.) *secl. Mu.* || 2 praestr. *edd.* || 2—3 cf. 21. 13 (cf. *Class. Rev. XVI, 50*) || 6 extitisset sed *C*⁴ || 8—9 Salius ita et om. *C*⁴ (cum *E*¹ *P*) || 10 et eo quod *Mu.* || trium etopon: *corr. Ald.* || appellant *Mu.* || 12—13 cf. 353. 1 || 15 cf. 499. 31.

Cicero de Oratore lib. III (214): 'quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere ferretur?'

TVRBAM et TVRBAS diversam volunt habere significationem, ut sit turba populi conventus, turbæurbationes. nos contra lectum invenimus et indiscrete positum 20 et pro turbis turbam. Accius Athamante (191): ah dúbito! ah quid agis? cæve ne in turbam te ímplices.

idem Stasiastis vel Tropæo (608):
nón vides, quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

Turpilius Thrasy Leone (199): 25
nemo úmquam vidit ébrium ire intérdiu
neque túrbam facere néque fores exúrere?

Terentius in Eunuchō (616):
néquam ille hodie insánuS turbam fáciat aut vim Tháidi.

M. Tullius de Senectute (84): 'cum in illud divinum 30
animorum concilium coetumque proficiscar cumque ex hac
turba et conluvione discedam'. — || Plautus in Aulularia (405):

redeo intro, nequid hic turbæ fiat.

Caecilius in Imbriis (101):
mirum ádeo, nisi fratér domi ebriátus turbam aliquám dedit.

DEMENSVM Terentius in Phormione quasi deminutum 5
posuit (43):

quod ille únciatim víx de demensó suo,
suúm defrudans génium, conpersit miser.

18—525. 4 fort. post 521. 23 collocand. (cf. 'Non. Marc.' p. 31) || 19 turbam p. L¹ || 19—20urbationem: (corr. L²) || 20 nosti c. L¹: nos econtra (?) Mu. || 22 an d.: corr. ed. a. 1526: ac d. Mu.: haut d. Both. || ha || ímplicis (imp.): corr. ed. princ. || 24 belli Mu.: vel || 27 fecere L || 29 f. ausum tahidi || 30 illum 31 (eumque)—1 cf. 82. 6 || 1 discebam C^A || 2 t. hic itidem fiat codd. Pl.: hic it. t. fuat edd. Pl. || 4 ebriatus Bue.: ebrius || 6 de om. || 7 cf. 31. 10; 117. 24.

|| Cicero Oratore aestimatum vel aequatum dicit (38):
 'quae non ex insidiis, sed aperte, palam elaboratur ut
 10 verba verbis quasi demensa et paria respondeant'.

SYPERVACVVM non putat oportere dici Varro de Vita
 Populi Romani lib. IV, sed supervacaneum: 'in quo
 est supervacuum pro supervacaneo'.

CAECVM veteres pro improvido dixerunt. Varro de Vita
 15 Populi Romani lib. IV: 'neque id caeci consules fecissent,
 quei mandata arcana T. Ampio dedissent, ut audiui di-
 centem Cn. Magnum'.

Quotiens per accusativum casum ANNOS vel DIES lo-
 quimur, iuges annos vel dies significamus; quotiens per
 dativum, intervallum interiectis aliquibus annis vel diebus.
 20 itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos
 melius dixerint. Vergilius Georg. lib. II (293):

ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
 convellunt: inmotā manet multosque per annos
 multa virūm volvens durando saecula vincit.

25 Plautus Trinummo (166):

.. quia, ruri dūm sum ego unos sēx dies,
 me absēte atque insciēte, inconsultō meo
 aedīs venalis hāsce inscripsit litteris.

11 — 13 Sup.—supervacaneo; 17 — 23 Quot.—annos.

8 cic. de orat. || aest.] assimilatum *Mu.* || aequantum *CA* ||
 9 quae] de industriaque *Quich.* || ap. et (ac) pal. *codd. Cic.* ||
 elaborat ut: *corr. Me.* || 10 respondeant *L*¹: -deat *rell.* || 14 in-
 vido *I* *CA* || 15 consulis || 16 qui *Martini, Laguna*: quae ||
 tampic sedissent: *corr. Lipsius* || ut aud. dic. *Popma*: aut dividi
 centum: uti vi discedentem *Mu. post Lagun.* || Magnum * * *
Mu. || 17 ad nos *CA DA* || 18 — 19 per d. per int.: *corr.*
Quich. || 21 dix. mel. *CA DA*: dixerunt *L A* || 22 fabra
DA || 27 inc. me: inconsultu meo *codd. Pl.* || 28 inscribit
codd. Pl.

Turpilius Philopatro (182):

ecce autem tuo more, ut soles; videre mi 30
aegré pati quia hós dies complúsculos
intércapedo || súmti faciundí fuit. 1

idem Hetaera (77):

rús ad illas cónmigrat;
habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Vergilius Georg. lib. IV (507):

septem illum totos perhibent ex ordine menses 5
flevisse.

Cicero de Republica lib. I (inc. 3): 'nec tantum
Carthago habuisset opum sescentos fere annos sine con-
siliis et disciplina'. — idem de Republica lib. II (53): 10
'itaque illa praeclara constitutio Romuli cum ducentos
annos et XX fere firma mansisset'. — Sallustius Hist.
lib. I (113): 'et Diponem, validam urbem, multos dies
restantem, pugnando vicit'. — Lucilius lib. XXVI (98):
quí sex menses vítam ducunt, Órco spondent séptimum.
invenimus et in Varrone multis annis continuis dici, 15
περὶ γεγαμηκότων (168):

cuius ubi annis multis masculi vestigium inventum est.

Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit
Mantuanus (Aen. IV, 697):

sed misera ante diem subitoque accensa furore;

8—13 Cic. nec—vicit.

29—1 cf. 484. 26 (s. v. sumpti) || 31 ae. id p. codd. 484 ||
6 s. illos: (corr. H²) || 9 sescentum C^A D^A || 10 de Rep. del. (?)
Mu. || 11 it. illa] ita quia C^A: om. D^A || 12 XXXX Maius || 13 dis-
ponem D^A || vincit (Paris. 7666 Lugd.) vel vicit (Bamb.) C^A ||
13—14 cf. 283. 25 (s. v. ducere) || 15—17 stant post 527. 12.
In ima marg. archetypi adscript. erant || 15 de cont. Mu. ||
17 anni A^A: animi C^A || mustis C^A || mu. nullum ma. Vahlen. ||
maculae vix vest. Mu. || vix inv. e. vest. || 18 dubio om. C^A.

- 20 quom huic sententiae adversetur versus eius cum opinione
sentiens plurimorum (Aen. VIII, 334):

FORTVNA omnipotens et ineluctabile fatum.

verum sensibilitatis eius non levis ratio est, quae
prima sententia philosophica accipit intellectum, quae ait
(Com. pall. inc. 75):

- 25 sui cuique mores fingunt;

omnipotens fortuna esse desivit; quod Sallustius mire
(Cat. 2, 5): 'fortuna simul cum moribus inmutatur'. —
ac per hoc ex ea similitudine iam fatum ineluctabile esse
non poterit, quod, *quom* ex una causa fortuna ferri vide-
30 atur et FATVM, potest etiam fatum morum mutabilitate
converti, ut ex his aut celer aut tardum aut bonum fiat
aut pessimum. accensa enim furore Dido amoris iniqui
violentia, quia, ut ipse ait (Buc. X, 69):

omnia vincit amor,

- 1 ante diem merito videtur || occidere. quod etiam Homeri
eius modi est, quem Vergilius noster omni aemulatione
sectatur (Odys. I, 34):

σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν,

- 5 quod est ὑπὲρ μόρον ultra decretum. quod si admittitur
ut ulterius protendatur, quoniam id ex moribus factum
est, quod significat σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν, admittere po-
teritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, ut
intra diem posset admitti, quoniam recepit, ut Homerus
ait, magnitudinem ultra vim fati.

20 quem h.: (corr. B^A) || 23 non] nunc Mu. || quae] quia si
Roth. || 24 prima] prisca Mu. || 25 fing. fortunam hominibus
Corn. Nepos vita Attici 11.6 || 26 desinit ed. princ. || 28 eam
L A^A C^A || 29 cum add. Mu. || 31 celera aut L || 32 iniqua
L B^A C^A || quia ed. a. 1471: qui || 32—33 qui u. i. a. o. v. (del.
amor) Mu. (?) in append. || 33 cf. 446.6 || 1 quid quod Mu. ||
fort. Homerus || 2 est sententia q. Mu. || 5 quod est L A^A B^A:
id est C^A: in quo est Mu. || 7—8 potentis C^A: poterimus Mu. ||
8 de] Didus Mu. || 9 posset Mu.: possit || ait mali magn. Mu.

INPOTENTIAM etiam potentiam auctoritas dedit. Sisenna 10
 Historiarum lib. III (50): 'sublatus laetitia nimia atque
 inpotentia conmotus animi'.

DONA consuetudine haec habentur quae aut propitian-
 dis dis dantur aut hominibus pro benefactis redduntur;
 sed auctoritate pro ultione posita manifestum est. 15

Vergilius in Bucolicis (VI, 78):

aut cum mutatos Terei narraverit artus,
 quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

QUANDO pro quoniam dici potest. Vergilius lib. VI (106):
 unum oro, quando hic inferni ianua regis
 dicitur. 20

et rursus idem (Aen. I, 261):

hic tibi; fabor enim, quando haec te cura remordet.

VEL pro etiam est. M. Tullius Epistula ad Brutum
 lib. VIII (3): 'et quod te tantum amat ut *vel* me
 audeat provocare'. — Lucilius lib. XXIX (98): 25

hóc invenisse únum ad morbum illum hómini vel bellíssimum.

M. Tullius de Officiis lib. II (23): 'contraque beni-
 volentia fidelis vel ad perpetuitatem'. — idem in Hor-
 tensio (44): 'vidi in dolore podagrae nihilo illum vel
 omnium maximum Stoicorum, Posidonium, quam Nico-
 machum Tyrium, hospitem meum, fortiozem'. || Vergilius 1
 Georg. lib. III (204):

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

13—17 Dona — pararit.

10 etiam *L¹BA*: enim *AA* *CA* || 12 animi *secl. Mu.* || *seq.*
526. 15—17 || animi (inuenimus)] animum (uenimus) *CA* || 15 po-
 situm: *corr. Mu.* || 16 aut ut *AA* (*cum Verg.*) || 17 *cf. 461. 12* ||
 23 Epistularum *Mu.* || 24 vel *add. ed. a. 1476* || 26 huius
inv. AA || invenisset: *corr. Vahlen.* || hominis *Mu.* || 28 vel
om. AA.

Varro Eumenidibus (162): 'ex his atque eius modi
5 institutis ac vita vel ad Herculis athla athletae facti
erant'. idem Vergilius (Buc. VIII, 69):

carmina vel caelo possunt deducere lunam.

et Terentius in Eunuchō (397):

vel rex.

DE, pro ab. Lucilius lib. XXVI (42):

10 . solus iam vim de classe prohibuit Vulcaniam.

PILVMNVS et PICVMNVS di praesides auspiciis coniugali-
bus deputantur. Varro de Vita Populi Romani lib. II:
'natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice, statue-
batur in terra, ut aspiceretur rectus esse; dis coniugalibus
15 Pilumno et Picumno in aedibus lectus sternebatur'.

CADVCEVM pacis signum Varro pronuntiat de Vita
Populi Romani lib. II: 'verbenatus ferebat verbenam;
id erat caduceus, pacis signum; quam Mercuri virgam
possumus aestimare'.

Qui liberi fiebant, ea causa CALVI erant, quod tempe-
20 statem servitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati
solent. Plautus in Amphitryone (461):

ut ego hodie raso capite calvus capiam pillem.

LVCIS, numero plurali, quod sunt dies. Varro Heb-
domadam sub imagine Demetri:

16 Cad.—sign.; 17—18 Varro verb.—aestimare.

5 aciuita *L*¹ || ad] ab *CA* || athla *om.* *AA* || athletae] aptei
Mu. || 5 (idem)—8 *secl. Mu.* || 5—6 *cf.* 289. 9 || 10 iam] idem
vel etiam *Mu.*: Ajax *Passerat.* || de classe *Ald.*: declarasse ||
11 picuminus *LB*⁴: picuminus (*Paris.* 7665) vel picumnus
(*Lugd. Bamb.*) *CA*: picumnus *AA* || 14 terra aut auspicaretur
rectus esse diis: terra ut (*mrg. Iun.*) aspiceretur num rectus
esset deinde dis *Mu.* || 17 verbrunatus (-brutn- *AA*): <

hic Demétrius ést † catus
quót lucís habet ánnus ábsolútus;

25

Quotiens genere neutro, plurali numero OPERA legerimus, significantur fabricae. Vergilius Aen. lib. IV (88):

pendent opera interrupta minaeque
murorum ingentes.

30

cum genere feminino, numero singulari, intellegendum aut opus || vel labor pro mercede sumta (Plautus in Asinaria [172]: 1
pár pari hostimentum datum, ópera pro pecúnia)
vel occasio et facultas aut opportunitas. Plautus in Aulularia (199):

dá mi operam parúmper, si operaest, Eúclio, id quod té volo.

Afranius Vopisco (373):

5

deinde id quod dedita ópera controversiae
concínno.

VILE positum legimus pro frequenti. Varro Virgula Divina (568):

ád quos cúm volucrés venit putillos
úsque ad límina † nidica vilis.

10

Vergilius Georg. lib. I (227):

vilemque phaselum.

PRAETER, pro ante vel per. Varro Eumenidibus (149):
'en † domum praeter matris deúm aedem exaudio cym-
balorum sonitum'. — Cicero in Verrinis lib. II (III, 62): 15
'praeter oculos Lolli ferebant'.

25 est tot aptu' signa *Quich.*: iconas tot aptust *Roeper.*:
aeneas (aereas *Schrader.*) tot aptust *Scal.* (sed cf. illud † cata
492. 4) || 28 III *C^A* || 1 labore *L B^A C^A* || 1—2 cf. 3. 27 || 2 h.
datum est *codd.* 3: datum hostimentumst *codd.* *Pl.* || 5—7 cf.
433. 30 (s. v. morata et morosa) || 7 acinno *C^A* || 8 fenti *L¹* || 8—10
cf

FAETIALES apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ab his, qui adversum populum Romanum vi aut rapinis aut iniuriis hostili mente commoverant, pignera facto foedere iure repetebant; nec bella indicē-
 20 bantur, quae tamen pia vocabant, priusquam quid fuisset faetialibus denuntiatur. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'itaque bella et tarde et magna diligentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere: priusquam indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, faetiales legatos res repetitum mittebant
 25 quattuor, quos oratores vocabant'. — idem lib. III: 'si cuius legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; faetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicaret et statuerent et constituerent'. ||

1 ATQVE particula si diligentius intellegitur, multam habet significantiam; ut vel illud est Enni (Ann. 519):
 atque atque accedit muros Romana iuventus;

quod est festine et intrepidanter accedit. significat etiam
 5 celeriter et statim; ut Vergilius in Georg. lib. I (202):

si brachia forte remisit,
 atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

habet etiam huius modi intellectum, ut dicas: aliter ego feci vel locutus sum atque tu, hoc est: aliter ego ac tu vel quam tu.

16 — 25 Faet. — vocabant.

17 is (?) *Mu.* || 18 vi *Me.*: qui *LA⁴BA⁴CA⁴*: *om. DA* || m. se conu. *Mu.* || 19 pignere *AA* || foedera *LA⁴* || facti foederis *Mu.* || 20 tamen p.] etiam p. (?) *Mu.*: vix tum inopia prius (*om. quam*) *L* || 21 a fae. *Guietus* || renuntiatur *Mu.* || 22 bella t. *DA⁴BA⁴(H²E²)*: bella t. (*Lugd. Bamb.*) vel bella et t. (*Paris. 7666*) *CA* || dil. *Niebuhr.*: licentia || 24 petitum *DA* || 25 IIII *CA* || 26 siqui ius *Mu.* || qui id *ed. a. 1471*: quid || 28 agnoscerent *CA* || et *secl. Mu.* || constituerunt (*del. et*) *Perottus 31, 55* || 3 atque atque acc. *codd. Gell. X, 29* || acc

INTRA non solum id significat quod consuetudine per- 10
suasum est, ut intra modum, hoc est: a modo minus,
sed etiam in ipso modo; ut intra calendas dies etiam
ipsae calendae accipi debeant; ut intra oppidum et intra
cubiculum cum dicitur, in oppido et in cubiculo dictum
esse videatur. idque ita positum in multis veteribus, set 15
non ita claris scriptoribus invenitur.

NEGATIVAS DVAS negativam significantiam nove habere,
Varro Bimarco (45):

τρόπων τρόπους qui nōn modo ignorāsse me
clamát, sed omnino ómnis heroás negat
nescísse.

20

Quod ludis pueri praesules essent GLABRI ac depilis
propter aetatem, quos antiqui Romani LYDIOS appellabant,
ut est in lib. I Varronis de Vita Populi Romani, ideo
Plautus in Aulularia (401):

tu ístum gallum, sí sapis,
glabriórem reddes míhi quam vulsus lýdiust.

25

DEINSUPER. Sallustius Historiarum lib. I (126): 'Ser-
torius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore
solet, generis aut imperi discrimine per calorum corpora
ad medium quasi, deinsuper stantium || manibus in mu- 1
rum adtollitur'.

SIFILARE (quod nos, vilitatem verbi evitantis, sibilare
dicimus: et est maledica vocis significatio vel contumeliosa
popularium, cum sifilationibus quis exploditur) a graeco

2—7 Sif.—σιφλ.

13 etiam intra: *corr. ed. a. 1471* || 15 sed *Ald.*: et (*praec. s*) ||
16 nobe (-ae *L*¹): *fort.* non vetat || 16—17 hab. voluit *V. Mu.* ||
24 satis || 25 reddis || lydius || 26—1 *cf. 282. 22* (*s. v. discrimen*) ||
27 partis *codd. h. l.*: fortis *codd. 282* || turbam *or. codd. h. l.*:
turba *mor. codd. 282: corr. Me.* || 28 solet *codd. 282*: semet
codd. h. l. || 1 mediam *codd. h*

ducere originem invenimus. huius rei auctor est venerabilis Homerus in lib. XIV Iliados (142):

ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἐ σειφλώσειε.

NVBENTES veteri lege Romana asses III ad maritum venientes solere pervehere atque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa marito dare, alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiare ponere, tertium, quem in sacciperione condidissent, compito vicinali solere † resenare. inde Vergilius Georg. lib. I (31):

teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

quos ritus Varro lib. I de Vita Populi Romani diligentissime percucurrit.

SECUNDVM non solum numeri est et ordinis vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam iuxta. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'Tullum Hostilium in Veliis, ubi nunc est aedis deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra'.

Vergilius Georg. lib. III (143):

pascuntur vero silvas et plena secundum flumina.

FORNVN et FORNACES dicuntur a formo, quod est calido: inde forcipes, quod candens teneant ferrum; ut Vergilius lib. VIII (453):

versantque tenaci forcepe massam.

2—7 Sif.—σιφλ.; 24—8 Fornum—dirutus esset.

6 in *ed. a. 1471*: id est (idem *Lugd. Bamb. P*): *om. Ald.* || 9 solitae *Mu.*: solebant *ed. princ.* || perferre (?) *Mu.* || ad unum quemquem *L¹* || 10 daret *L¹A⁴*: darent *B⁴* || 12 quem *add. edd.* || condidisset: *corr. ed. a. 1480* || 13 solere *secl. Mu.* || res.] sacrare *Kettner.*: fort. reservare || 16 percucurrit *C⁴* || 17 est et *Quich.*: est:

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'cocula, quâ coquebant panem, primum sub cinere, postea in forno'. cuius || utriusque vocabulum a forno ductum, id est a 1 caldore.

AERE DIRVTI appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis aut annua, quae esset in nummis aereis, subtrahebatur. Varro 5 de Vita Populi Romani lib. II: 'stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annum dabatur; cui datum non esset propter ignominiam, aere dirutus'.

NEGATIVVS DVAS pro negativa una accipiendas Varro monstravit de Vita Populi Romani lib. II: 'qua ab- 10 stinentia viri mulieresque Romanae fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere'.

TABERNAS non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes quae sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'hoc inter- 15 vallo primum forensis dignitas crevit atque ex tabernis lanienis argentariae factae'.

STATILINVM et STATANVM et FABOLINVM puerilitatis praesides deos Varro Cato vel de liberis educandis affirmat (13): 'alii Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. sic cum primo fari incipiebant, 20 sacrificabant divo Fabulino'.

24—8 Fornum—dirutus esset; 13—24 Tab.—celerit.

28 cocebat (coq.): *corr. D⁴ || primum om. C⁴ D⁴ || cinerem: (corr. Paris. 7666) || 1 cuius secl. Iun. || fort. utriusque secludend. || a B⁴: om. rel. || forno || dictum C⁴ D⁴ || 1 (cuius)—2 secl. Mu.: Varroni dat Quich. || 4 ignomiam L A⁴ || 5 in secl. Mu. || aeris C⁴ D⁴ || 7 aes quod D⁴ (cum E¹ P) || annum L B⁴ D⁴: annum (Paris. 7666) vel annum (Lugd. Bamb.) C⁴ || 8 esset Mu.: sit (cf. infr.) || ignomiam L A⁴ || dirutus esset (est L¹): *corr. Mu. (cf. supr.)* || 1*

XIII.

INCIPIT

DE GENERE NAVIGIORVM.

CELOX est navigium breve, dictum a celeritudine.

25 Plautus in Asinaria (258):

1 únde sumam? quém || intervortam? quó hanc celocem
conferam?

idem in Captivis (874):

vídi in publicá celoce, íbidem illum adulescéntulum.

idem in Poenulo (543):

5 óbsecro hercle, operám celocem hanc mihi, ne corbitám date.

Turpilius Lemniis (97):

rémulis sensím celox ab óppido processerat.

Varro Hercules, Tuam Fidem (214): 'procella frigida
† arte obruat celocem'. — idem Bimarco (49):

10 náutae rémivagám movént celócem.

CORBITA est genus navigii tardum et grande. Plautus
in Poenulo (507):

tárdiores quám corbitae súnt et in tranquilló mari.

13—24 Tab.—celerit.; 7 Turp. rem.—processerat; 11—13
Corb.—sunt.

22 INC. om. *D4* || 23 -RIBVS *Mu.* || 3 celocem (cae): -ce
Pl. || ibidemque *codd. Pl.* || 4—5 cf. v. 14 || 5 nec c. *LB4*: ne
(*Paris.* 7666) vel nec (*Lugd., Bamb.*) c. *C4* || 9 arte] ante *Popma*:
mare *Bue.*: ne *Mu.*: alte *Passerat.* || obruat atelocem *C4* ||
13 sunt in <

idem in eadem (543):

óbsecro hercle, operám celocem hanc míhi, ne corbitám date. 15

Lucilius Satyrarum lib. XV (1):

multa homines portenta in Homeri versibu' ficta
monstra putant; quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes et porro huic maiu' bacillum
quam malus navi in corbita maximus ulla. 20

HORIA dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente
(910):

salute horiae, mari fluctuoso.

idem in eadem (1020):

meá opera, labóre et rete et hória

CERCYRVS navis est Asiana pergrandis. Plautus in 25
Sticho (366):

cúm percunctor pórtitores, écquae navis vénerit
éx Asia, negánt venisse. cónspicatus sum ínterim
cércyrum, quo ego mé maiorem nóñ vidisse cénseo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII (13):

verum flumen uti atque ipso divortio . . .
iligneis pedibus cercyrum † concurret aequis. 30

17—22 Luc. multa—fluct.; 25—28 Cerc.—censeo.

14—15 cf. v. 4 || 15 ne c. (*Paris. 7666*) vel nec c. (*Lugd. Bamb.*) *C*^A: nec corbitan *B*^A || 17 v. f. <

idem lib. XIV (1):

ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam ac Babylonem
ibo; cercyrum sumam.

35 Plautus Mercatore (87):

aedificat navem cercyrum et mercés emit. ||

1 LEMBVS, navicula brevis piscatoria. Accius Deiphobo
(128):

éo ante nocte hestérna, retia út proveherem et státuerem,
fórtē aliquanto sólito lembo súm progressus lóngius.

Turpilius Leucadia (123):

5 . . . hortarí nostros coepi ílico ut celerent lémbum.

idem Lemniis (98):

lémbi redeúntés domúm

duae ád nós certátim ádcelerárúnt ratém.

Vergilius Georg. lib. I (201):

10 quam qui advorso vix flumine lembum
remigiis subigit.

Sisenna Hist. lib. III (38): 'Otacilium legatum cum
scaphis ac lembis'. — Plautus Mercatore (193):

dum haéc aguntur, lémbō advehitur túu' pater pauxíllulo.

15 MYOPARO est navicula piratarum. M. Tullius de Re-
publica lib. III (24): 'nam cum quaereretur ex eo, quo

scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone: eodem, inquit, quo tu orbem terrae'. — Sallustius Hist. lib. III (8): 'et forte in navigando cohors una grandi phaselo vecta a ceteris deerravit; marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa'. — 20 Sisenna Hist. lib. IV (106): 'navisque triginta biremis, totidem myoparonas'.

PHASELVΣ, navigium Campanum. Varro Desultorio, *περὶ τοῦ γράφειν* (85):

alius domini delicias phaselon actum

† tonsillitorem ovilem flictam solvit. †

25

Sallustius Hist. lib. III (8): 'et forte in navigando cohors una, grandi phaselo vecta, a ceteris deerravit'. — Sisenna Historiarum lib. IV (105): 'prores actuariae, tragi grandes ac phaseli primo'.

LENVNCVLVS, navigium piscatorium. Sallustius Hist. lib. II (25): '[primo] incidit forte per noctem in lenun- 30 culo piscantis'.

ACTVARIAE, naviculae celeres, dictae quod || cito agi 1 possint. Sallustius Hist. lib. II (90): 'ad hoc pauca piratica actuaria navigia'. — Sisenna Hist. lib. III (39): 'quibus occisis actuarias ad viginti navis, item complures onerarias incendunt'.

18—24 Sall. et—faselo nactum; 29—3 Len.—navigia.

18—19 (deerr.) cf. v. 26 || 24 aptum Gerlach.: aptus Gebhard. || 25 tonsillae (Ries.) e terra mobilem in fluctum (Oehler.) resolvit Mu. || tonsillis (Quich.) á litore móbile in fluént

5 LINTRES, naves fluminales. Vergilius Georg. lib. I (262):

cavat arbore lintres.

SCAPHAE sunt naviculae quae maiores naves con-
secuntur. Sallustius Hist. lib. III (2): 'eum atque
Metrophanen senatus magna industria perquirebat, cum
10 per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fideis per-
cunctatum miserant'.

CODICARIAS naves etiamnunc consuetudo appellat eo,
quod in fluminibus sint usui. Sallustius Hist. lib. IV (59):
'quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis con-
tendit ad flumen Euphraten, qua in parte Cappadocia ab
15 Armenia diiungitur; et quamquam ad *D* naves codicariae,
occulte per hiemem fabricatae, aderant'. — Varro de
Vita Populi Romani lib. III: 'quod antiqui pluris ta-
bular coniunctas codices dicebant; a quo in Tiberi navis
codicarias appellamus'.

PRISTIS, navigii genus, a forma pristium marinarum,
20 quae longi corporis sunt, sed angusti. Clodius Rerum
Romanarum lib. XII (4): 'quinque pristis; navigiū ea
forma a marina belua dicta est'. — Vergilius lib. V
(116):

velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

et (Aen. X, 211):

25 frons hominem praefert; in pristin desinit alvus.

5 — 8 Lintr.—cons.; 11 — 20 Cod.—angusti; 23 Virg.
veloc.—prist.

5 II *LAACA* || 6 cavo *CA DA* || 8 III: *corr. ed*

CUMBA. Afranius Excepto (138):

tum conscendó cumbam interibí loci piscatóriam;
vénio; iacitur áncora; inhibent léniter.

M. Tullius de Officiis lib. III (58): 'cumbarum ante
pedes multitudo. pro se quisque || quod ceperat adferebat'. 1

ONERARIAS, de oneribus tardas. Sisenna Hist. lib.
III (39): 'quibus occisis actuarías ad viginti naves,
item complures onerarias incendunt'.

ANQVINAE, vincla quibus antemnae tenentur. Lucilius 5
(III, 41):

armamenta tamen malum, velum, omnia servo;
funis enim praecisu' cito atque anquina soluta.

PROSVMA, navigii genus. Caecilius Meretrice (110):
Cypró gubernator própere vertit prósumiam.

idem Aethrione (1):

10

de nócte ad portum súm provectus prósumia.

29—1 Cumba M. Tull.—mult.; 2—18 Oner.—tunicis.

27 t. ín. l. co. cu. p. *Ribb.* || luci: *corr. Gronov.* || 28 (veno
P): (mox silente) vento *Ribb.* || leuiter: *corr. Both.* || 29 II ||
29—1 ante oculos *Cic. (ap. quem seq. ante pedes Pythii*
pisces abiciebantur) || 2—4 *cf. 535. 3 (s. v. actuarías)* || 5 An-
quinae *Iun.: Anchorae*

XIV.

INCIPIT

DE GENERE VESTIMENTORVM.

- 15 TYNICA est vestimentum sine manicis. Titinius Veli-
terna (138):

túnica et togula obúntula
adimétur, pannos pòssidebit fétidos.

Cicero in Catilinam (II, 22): 'manicatis ac talari-
bus tunicis'. — Vergilius (Aen. IX, 616):
et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.

- 20 Titinius Quinto (167):
togis cum cándidis,
túnicis sordidís syntheticis.

- Plautus Pseudulo (738):
... mánuleatam túnica[m] habere hominem addecet.
25 et idcirco manuleatam addecet, ne inproprie uteretur.
Lucilius Satyrarum lib. I (27):
praetextae ac tunicae, Lydorum opu' sordidum omne.

idem lib. XV (32):
scit ποιητικὸν esse, videt, tunica et toga quid sit.

2 — 18 Oner. — tunicis.

13 INC. om. *DA* || 14 GENERIBVS *Mu.* || 16 et cogula obun-
tula: *corr. Iun.* || 18—19 *cf. 350. 20* || 20—21 quinto gis: *corr.*
Neukirch.: Quinto. quin togis (?) *Mu.* || 22 syntheticis *Palmerius*:
sinetdicis *CA*: sint et dicis *L A^A B^A* || 24 audet *L¹ CA* || 25 ad-
dec

Varro Meleagris (302): 'cum etiam Thais Menandri so
tunicam demissam habeat ad talos'. — Ennius probro
Carthaginensium (Ann. 234): tunicatam iuventutem
voluit dicere. — Varro Modio (313): 'quamst horum,
quorum vitreae togae || ostentant tunicae clavos'. 1

CALAVTICE est tegmen muliebre quod capiti innectitur.
M. Tullius in Clodium (24): 'tunc, cum vincerentur
pedes fasceis, cum calauticam capiti accommodares?' 1

PAENVLA est vestis quam supra tunicam accipimus. 5
Pomponius Pannuceatis (94):

paénulam

in cáput induce, né te noscat.

Lucilius Satyrarum lib. XV (33):

paenula, si quaeris, cantheriu', servu', segestre 10
utilior mihi quam sapiens.

Varro Virgula Divina (571):

non quaérenda est hominí, qui habet virtútem, paenula in ímbri.

AVLAEA, genus vestis peregrinum. Varro de Vita Populi
Romani lib. III: 'quot ex hereditate Attalica aulaea, 15
clamides, pallae, plagae, aurea'. — Vergilius Georg.
lib. III (25):

purpurea intexti tollant aulaea Britanni.

2—8 Cal.—noscat; 14—16 Aul.—pallae; 17 Virgilius
purp.—Britanni.

537. 538 M.

et est tamquam paludamentum barbarici habitus militaris.

PLAGAE, grande linteum tegmen quod nunc torale
20 vel lectuariam sindonem dicimus; quarum diminuti-
vum est plagulae. Varro de Vita Populi Romani
lib. III: 'clamides, plagae, vasa aurea'.

STOLAM veteres non honestam vestem solum, sed etiam
omnem quae corpus tegeret. Ennius Telepho (286):

25 † cédo et caveo cúm vestitus, squalida saeptús stola.

idem in eadem (285):

regnúm reliqui séptus mendicí stola.

Varro Cosmotoryne, περί φθοράς κόσμου (229):
'mulieres, aliam cerneret cum stola holoporphyro'. —
idem Eumenidibus (120):

30 partím venusta müliebri
ornát stola.

PALLA est honestae mulieris vestimentum, hoc est:
tunicopallium. Plautus in Menaechmis (469): ||

1 pallam ád phrygionem fért confecto prándio.

Lucilius Satyrarum lib. XV (35):

cum tecum est, quidvis satis est; visuri alieni
sint homines, spiram, pallas, redimicula promit.

19 — 22 Plagae — plagae; 23 — 25 Stol. — stol.; 30 — 1 Varro.
partim — prandio.

Vergilius Aeneidos lib. I (648):

5

pallam signis auroque rigentem.

STROPHIVM est fascea brevis quae virginalem horrorem cohibet papillarum. Turpilius Philopatro (196):

me miseram, quid agam? intérvias epístula excidít mi! infélux inter túnículam ac stróphium conlocáram.

10

M. Tullius in Clodium (fr. 24): 'cum strophio accurate praecingerere'. — Plautus in Aulularia (fr. 1): pro illís corcotis, stróphiis, sumptu uxório.

Varro Sesqueulixe (463):

suspendit Laribus † marinas mollis pilas,
reticula ac strophia.

15

ABOLLA, vestis militaris. Varro Cosmotoryne, *περὶ φθορᾶς κόσμου* (223):

toga détracta est et abólla datast.
ad túrbam abii, fera militia [in]
munéra belli ut praestárem.

20

SAGVM, vestimentum militare. Sallustius Hist. lib. II (59): 'occurrere duci et proelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent'. — Vergilius lib. VIII (660):

virgatis lucent sagulis

dissem, descendi ad forum sagatus, cum reliqui consularis togati vellent descendere'. — Varro *Virgula Divina* (569):

so cū neque aptam mōllis umeris fībulam sagús ferret.

Sisenna *Historiarum* lib. III (12): 'senatus auctoritate sagaria † nunc'.

PALVDAMENTVM, est vestis quæ nunc clamys dicitur. Sallustius *Hist. lib. III* (106): 'et eodem tempore
1 Lentulus, duplici acie locum editum multo || sanguine suorum defensans, postquam ex sarcinis paludamenta ostentari et delectæ cohortes intellegi coepere'. — M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 25): 'Antonius demens ante lucem paludatus'.

5 CHLAMYS, quod supra. Vergilius *Aen. lib. IV* (137): Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Varro *Hercule Socratico* (212): 'cubo in Sardonis tapetibus; clamidas et purpurea amicula'.

REGILLA, vestis diminutive a regia dicta, ut et basi-
10 lica. Plautus *Epidico* (223):

quid erat induta? an regillam indūculam an mendīculam?

29—30 Varro *virg.*—ferret; 32 Pal.—dic.; 3—4 M. Tull. Anton.—pal.; 9 Reg.—dicta.

28 sagatus *Abeken.*: togatus || consularis C⁴: consularibus L¹ ||
29—30 cf

Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (372):

collum procerum fictum levi marmore;
regillam tunicam diffingitur † purpura.

RALLA, vestis dicta a raritate. Plautus in *Epidico* (230): 15
tunicam ralla, tunicam spissam.

RICIA est quod nos sudarium dicimus. Plautus in
Epidico (232):

ricam, basilicum aut exoticum.

Serenus *Opusculo* lib. I (1):

aut zonulam aut ricam aut acum.

20

Novius *Paedio* (71):

molucinam, crocotam, ciridotam, ricam, ricinum.

Lucilius *Satyrarum* lib. II (26):

chirodyti aurati, ricae, thoracia, mitrae.

Turpilius *Hetaera* (72):

25

ducit me secum. postquam ad aedem venimus,
veneratur deos. interea aspexit virginem
intransem, in capite riculam indutam ostrinam.

13—14 Varro. collum—tun.; 15—17 Ralla—dic.; 20—22
Ser. lib. I aut—ricinum; 27—28 Turp. inter

Varro Prometheo Libero (433): 'aliae mitram
30 ricinam aut mitram Melitensem'.

CAESICIUM linteolum dicitur purum et candidum, a
caedendo, quod ita ad candorem perveniat vel quod oras
circumcisas habeat. Plautus in Epidico (230):

lin-teo-lum cae-si-cium.

85 INDUSIVM est vestimentum quod corpori intra plurimas
1 vestes adhaeret, quasi intusium. Plautus || in Epidico (231):
indusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam.

PATAGIVM, aureus clavus qui pretiosis vestibus in-
mitti solet. Plautus Epidico (231):

5 indusiatam, pátagiatam.

Naevius Lycurgo (43):

pállis, patagiís, crocotis, málacis mortuálibus.

SUPPARVM est linteum femorale usque ad talos pendens,
dictum quod subtus appareat. Plautus in Epidico (232):
10 súpparum aut subnímium [est], ricam, básilicum aut exóticum.

Novius Paedio (70):

"súpparum purúm, Veliense ínterim." — "escám meram!"

Afranius Epistula (122):

tace.

Varro Eumenidibus (121):

hic indutus supparum
coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit.

EXOTICVM dicitur peregrinum. Plautus in Epidico (232):

basilicum aut exoticum. 20

PLVMATILE, aut clavatum aut ex plumis factum.

Plautus in Epidico (233):

cumatile aut plumatile.

MOLVCINA vestis a mollitie dicta. Novius Paedio (71):

móluclinam, crocótam, ciridótam, ricam, rícinum. 25

AMPHITAPOE vestes dicuntur utrimque habentes villos.

Lucilius Satyrarum lib. I (28):

psilae atque amphitapi villis ingentibu' molles.

idem lib. VI (10):

pluma atque amphitapoe et si aliud quid deliciarum. 30

Varro Manio (253): 'alterum bene acceptum dormire
«super amphitapo bene molli»'.

TOGA non solum viri, sed etiam feminae utebantur.

Afranius Fratriis (182):

fuit commune vestimentum et diurnum et nocturnum et muliebre et virile'.

LAENA, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Vergilius Aeneidos lib. IV (262):

Tyrioque ardebat murice laena.

MERETRICES apud veteres subcinctiore veste utebantur.

Afranius Excerpto (133):

"meretrīx cum veste lōnga?" — "peregrino in loco
10 solent tutandi causa sese sumere."

CARBASVS, pallium quo Fluvii amiciuntur vel opulentiae causa, ut sericum, aut lino tenui. Vergilius lib. VIII (33):

eum tenuis glauco velabat amictu
carbasus.

15 idem lib. XI (775):

tunc croceam chlamydemque sinusque crepantis
carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

M. Tullius in Verrem, de suppliciis (II, v, 30):
'tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat'. —

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'eadem postea
20 carbasineo magis ut pellibus tegerentur'.

TOGA PRAETEXTA, insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 36): 'sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam'.

LIMBVS, ut adnotatum invenimus, muliebre vestimentum, 25
quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulularia (519):
textóres limbolárii, arculárii.

FLAMMEVS, vestis vel tegmen quo capita matronae
tegunt. Plautus in Aulularia (510):

flammárii, violárii, caríarii. ||

30

RICINIVM, quod nunc mafurtium dicitur, palliolum 1
femineum breve. Varro *Ταφῆ Μελίππου* (538): 'nihilomagis dicere muliebre quam de muliebri ricinio, pallium simplex'. — idem de Vita Populi Romani lib. I: 'ex quo mulieres in adversis rebus ac luctibus, cum omnem 5
vestitum delicatiorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt'.

RETICVLVM, tegmen capitis muliebre. Varro *Sesqueulixe* (463):

suspendit Laribus † marinas mollis pilas,
reticula ac strophia.

TAPETE, tegmen unite pictum de coloribus variis. 10
Varro *Hercule Socratico* (212): 'in omnibus rebus bonis cotidianis, cubo in Sardonianis tapetibus'. — Vergilius lib. IX (325):

qui forte tapetibus altis
extractus toto proflabat pectore somnum.

25—26 Limb.—habet; 28—2 Flammeus—breve; 7—14 Ret.—somnum.

15 Turpilius (217):

glabrúm tapete.

CVLCITA. Cicero Tuseulanarum lib. III (46): 'eripiamus huic aegritudinem. quomodo? conlocemus in culcita plumea; psaltriam adducamus'.

20 SVBVCVLA. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'posteaquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam et indusium'.

CAPITIA, capitum tegmina. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'tunicas neque capitia neque strophia
25 neque zonas'. — idem in eodem: 'neque id ab orbita matrum familias instituti, quod eae pectore ac lacertis erant apertis nec capitia habebant'. — haec et capitula appellavit.

ENCOMBOMATA et † PARNACIDES, genera vestium puel-
larium. Varro Cato vel de liberis educandis (32): 'ut
1 puellae habeant potius in vestitu || clamidas, encombo-
mata ac parnacidas † quam togas'.

18—19 Culcita. Cic. colloc.—plum.; 20—25 Sub.—idem;
26—10 quod—adur.

15—16 cf. 229. 5 || 17 III || 18 c. eum in D^A || 22 vacare C^A D^A || indussam (-usiam *index marg. in B^A*): *corr. Ald.* || 24 I om. L: (II G) || 25 ad L A^A: ab B^A: ad (Paris. 7666) *vel* ab (Lugd. Bamb.) C^A || 26 instituto L¹: -tio A^A: -tum Mu. || eae] hae D^A || 27